



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreae Desselii In Academia Lovaniensi
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

XXXVII. De Capellis Monachorum, & aliorum Religiosorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

De Capellis Monachorum, &
aliorum Religiofo-
rum.

TIT. XXXVII.

Ad res Religioforum externas perti-
nent etiam Capellæ & Prioratus,
velut dependentes ab ipsis Monaste-
riis ac domibus principalibus Reli-
gioforum.

Capella quid nominis & unde dicta?

CApellam quidem à Caprinis pelli-
bus dictam volunt, fuisse que Eccle-
siam portatilem, seu *peritomenyn*, de lo-
co ad locum, eaque usum Constanti-
næ Magnæ tempore militiæ. Alii à
Gallico *Chapelle*, quod rectum signifi-
cat, quo olim Reges Francorum Orato-
toria sua campestris tegere soleant. Sunt
& qui à Cappa S. Martini, quam iidem
Francorum Reges ob adiutorium vi-
ctoriæ in præliis solebant secum habe-
re: eamque ferentes & custodientes,
cum aliis Sanctorum reliquiis, dicti
Capellani.

*Gl. in
can. con-
cedimus
de con-
sacr. dist.*

*Ita Pet.
Greg. de
benef. Ec-
cles. c. 11.
nn. 10.*

Capella quid aliàs significat?

Oratorium Deo consecratum, vel in
M 5 Eccle-

Ecclesia, vel extra Ecclesiam. Vel
Ecclesia minor seu filialis, existens
se & seorsim ab Ecclesia matrice
majori aut monasterio, in qua legi-
mum ordinariumque conventum
rochianis habere permittitur, diebus
lemnibus festorum majorum excep-

can. si
quis 35.
de consec.
dist. 1.

Qua dicitur quarta Capella?

Dicitur hæc Ecclesia parochialis
etiam Capella ab Ecclesia parochiali
dependens jurisdictioni ac visitationi
Archidiaconi, Archipresbyteri seu De-
cani, ut vocant, Christianitatis subje-
cta.

*Capellis Monachorum singulis quibus
Religiosi imponi debent?*

Non singuli singulis, sed vel terni
vel saltem bini, ne Monachus solus
existens inter sæculares homines spi-
tualium hostium conflictum expectet
& ut habeat, quibuscum vitam possit
ducere regularem. Non obstanterelatio-
pro eam in rem impetrato, si in eorum
fiat mentio Concilii Lateranensis,
quod aliàs habebitur obrepti-
tiam, vel obrepti-
tiam.

a. sup.
de statu
monach.
c. ult. h. d.

a. 3. h. s.